

Primus

deus est in damnatis sicut terror et horror. Non enim manu domini poterimus effugere propter. Si ascendero in celum. tu illuc es. Si descendero ad infernum ades. Si vero dubitat utrum deus sit in dyabolo. Sciendum quod quedam sunt nomina que important naturas put sunt nature. In his coedendam est quod deus insit. Sunt alia que intelliguntur deformitates ut dyabolus de quibus non est dicendum quod deus insit nisi addatur in quantum spiritus vel aliquid tale. Deus est in anima fidei. sicut sponsus in thalamo. rex in regno. turris in castro. Item sicut magis in scolis. sonus in ore. lux in tenebris: Item sicut thesaurus in agro. vim in celario. carbunculus in auro. Item sicut manna in archa. sigillum in eartha. medicina in apoteca. Item sicut cythara in conuicio. ymago in speculo. mel in fauo. Item sic fructus in arbore. oleum in lampade. lilium in aqua

De eternitate dei Capitulum. xviii

**S**i autem deus ubique est nec tamen aliquo loco datur. Sic eternus est et tamen nullo tempore mensuratur. Non enim competit ei tempus patens. nec preteritus nec futurus. Nam patens tempus manens esse non habet quia pertransit: deus autem semper manet idem. unde Hilarius. Esse non est accidentis deo: sed subsistens veritas et manens causa. Similiter tempus preteritus modo non est nec habet esse subsistens. Sed deo dicitur in propria. Ipsi patitur autem permanens. Eodem modo tempus futurum non est expectatur. deus autem semper est. Unde mercurius. Sola monas est alpha et omega. hoc est quia deus est principium sine principio. et finis sine fine. Cum enim deus omnis simplex sit non habet in se principium atrarietatis que est causa corruptionis. Quid autem sit eternitas secundum rem. Sciendum quod proprieas diuturnitas sine principio et sine fine. et sine mutabilitate. et secundum hoc avenit eternitas soli divinitate nature in qua est diuturnitas immensa. Eternitas vero secundum ethymologiam dicitur quasi extra terminos quod termino caret. tam in aliis quam finali. Sed secundum definitionem Boecii in libro de consolatione. Eternitas est interminabilis vite tota simul et perfecta possessio: Ad huius definitionis intelligentiam. Notandum quod in quibusdam est terminabilitas simpliciter. quia ex parte ante et ex parte post ut sunt generabilia et corruptibilia ad quos differentiationem ponit interminabilitas. Et bene ponitur istud per negationem quod simplicitas et principium divinitatis nullo modo melius manifestantur quam per remotionem ut ait Dyonisius. Et hec est ratio quod simplicitas esse non potest intellectus perfectly comprehendere. Et ideo ex negationibus eorum quod ab ipso removentur manuducit intellectus ad ea aliquantum agnoscenda.